


π

b

19





II b
19

De ratione adiudicandorum linguaunum

AD
E X E R C I T I U M
SCHOLASTICUM,
 CRAS HORA STATA,
 IN
AUDITORIO MAJORI
 INSTITUENDUM,
VENERANDOS DNN. INSPECTO-
RES, PATRONOS, FAUTORES QVE
 NOSTROS
 HISCE PAGELLIS
 OFFICIOSE AMANTER QVE
 INVITAT
 M. GEORGIUS ANDREAS Vinhold, R.

CYGNEAE,
 Typis J.O.H. DAV. FRIDERICI.



Cum multi summa nobilitate viri viam quandam communem esse voluerint in docendis discendisque linguis: paſſim tamen disceptarum inter illos fuſſe, & adhuc disceptari non ignoro, quibus potissimum legibus ejusmodi ratio, omnium lingvarum magistra, abſolvatur. Et vero literis hæc consultatio non parum afferit utilitatis; & humanae societati, quæ linguis administris mutua alit commercia, ac sancta gentium jura custodit, ingens rerum extenderum cumulus ex communione sermonis accedit. Quapropter me nemo vupiterabit, si pro exigua facultate, a Deo O. M. mihi concessa, in communem literarum societatem, adeoque in literarum incrementum, nonnihil afferam; quod quale fit, ii demum recte iudicabunt, qui se priſco Solduriorum vinculo, ad propagandas literas obſtrictos esse ſentunt. Eſt omnino communis aliqua natura lingvarum omnium (Sinensium characteres excipio) idque ratio ipsa apertis argumentis evincit, quæ in quacunque lingua non plus eſt intelligit, nec minus, quam quod eſt in lingua, & in diuersiſſimi eriam diſſiſtis que linguis, vicinitatem tamen & cognitionem universa radicis communicatique ſtipitis agnoscit. Hanc confociationem acutus Doctor afflatus mente, in omnibus linguis eadem metas offendit, videlicet, linguis recte intelligere: cum ſine intelligentia lingua umbra inani æquiparetur, neque traſtari sermone poſſit, quod a mente non capitur; Deinde linguis fideliter imprimere; cum quævis lingua ore ſit proferenda, calamoque exprimenda, ſi quidem plenius percepta haberi debeat; Tum linguis diligenter excolare, ſine qua cultura perfectionem nunquam conſequemur; Tandem linguis bene excultis commode ad ſalutem generis humani, & ad suas res in vita neceſſarias uti: in quo earum uſus publice, tanquam in ſcenam productus, omnibus ſpectaculo eſt. Hæc enim quatuor ad ſtudium hoc, quod designavimus, perficiendum, magnum pondus habitura, neceſſariam concurſionem exigunt. Præterea idem lingvarum Magiſter ubique eandem materiam, in vocabulis, diſtinctionibus, formulis, conneſtendi rationibus, in luminibus ac venuſate sermonis; eandem & formam, in juncta, in ordine (numero) verborum, in Periodis, in ſtilo denique & toto orationis corpore invenit: quibus in partibus, ut feminibus, genium lingua eujuſus quinque indagare oportet. Cumque linguae vultum bifrontis Jani apud Romanos imitari ſoleant, & nunc facie nativa, in oratione ſoluta; nunc perſonata, in ligato ſcribendi genere, ament incedere: utriusque rationem ille habendam exiftimat, eo uſus moderamine, ut Venerem nativo lepore amabilem prius exofculdam ceneſeat, uſque dum ad infucatam virginem, tanquam ad aliam lingam lingue ſuę, gressus dirigat, dignos contentionē omni, ubi matronæ candidioris amicitia frui contigit. Utterius eadem instrumenta ſive ſubſidia, Grammaticam, Lexicon, eosdem fontes, Autores mortuos, ſi lingua vivere deſiderit, aut vivos etiam, probos tamē & lingue peritifſimos, ſicubi lingua docendā adhuc ſpīret, uſuſe teratur. His animadverſis tria ſumma capita, quibus totam doctrinam complectatur, ponit; quorum in primo communia impedienda, in altero communia adjumenta, in tercio communia experimenta deſcribat. Impedienda voce eas cauſas, quibus diſcendi labor fructusque inhibetur, aut ingratia moris interpellatur; ut ſunt, diſcipulus a lingue induſtria abhorrens: Praeceptor imperitus, aut indiligens & parum fidelis: locus ſtudii haud opportunus, atque extra ſocietatem hominum poſitus, in qua lingam novam exacuere expediebat: Tempus tantæ rei non ſufficiens, quando plurima diei pars alienis curis, & negotiis alienis nequicquam defluit: Lectione diſcen- dæ lingue, lapis ille offenſionis, niſi ſolers præparatio molle & planum iter efficiat: poſtremo vernaculae ignorantia. Heic igitur moras amoturus Magiſter deſideria ſua patefacit, poſcitque, ut langenti animo diſcentis ardor diſcendi inſtitetur & cupidas: Praeceptor gnarus, alacer & plenus fidei eligatur, qui ipſe fit Grammatica vi- va, Lexicon vivum, lingvamque recte ſcitemque teñeat, dextre autem atque utiliter docere aptus reperiatur: Deloco frequenti & urbano circumſpiciatur: Temporis articuli caute diſpensetur, ac diſtribuantur, ut non lentis, ſed festinatis veſtigiis opus procedat: Lectioni quæ ſint neceſſaria, advocentur (nam ſolum uſum lingvarum hic ſepono) fructuofum judicans, lectioni peregrinae minus magna opera inhærere: cum ea commodius ex uſu capiatur; At in vernacula, propter lectionis & ſcriptionis neceſſitatē major opera impendatur, in qua paulo rigidius vitia quevis lingua & pronunciationis corrigenda putat: Lingua materna ſimul cum peregrina excolatur, ut ex collatione notioris nove lingue lumen addatur. Jam caput ſe- cundum adjumenta ſuppediat lingvarum; in quo hæc praecepta legantur. Omnia exercitia lingvarum, etiam prima rudimenta, genio lingue ſine conformatia. Omnis cura in cognoscendis tenendisque vocabulis ponatur: ſic ut quædam fideliter memo- riae

riæ mandentur, &c. ut citius hæreant, discipulo prius cum versione prælegantur. Quæ de causa juvat, vocabula potiora in certas classes digesta percurrende, quarum sex constitui possunt. Prima respiciens collationem, ex nota lingva ignotam (nunc descendam) illustrat, ut Fructus, fructus. Secunda, cognationem observans, vocabula ejusdem lingvæ, eaque ferme inter se convenientia coacervat, ut aula, caula. Tertia, concisionem vocum intendens, vocabula colligit unius vel duarum syllabarum, ut ars, portus. Quarta, derivationem explorans, Derivata Primitivis, composita Simplicibus, sed svari concetu, substernit, ut brevis, brevitas, svaris, svariter, svaritas. Quinta, inspectionem acerfit, earum rerum continens vocabula, quæ oculis possunt subseciri, ut arbor. Sexta allusionem, etiam jocofam segregat, ut virgo quibusdam adolescentulus est virga. Si informator vocabula eo paœto parti non velet, & vulgari ordine placeat acquiescere, videat, ne solum sibi relinquit discipulum, quin allata subdita discenti ante recitationem revocet in memoriam, quoties occasio detur. Vocabula reddantur familiaria, & in consuetudinem transeant, partim repetitione per singulas hebdomadas & menses instituenda; partim additione, in formulis loquendi & sententiis, in quibus studium axiomaticum incipit, cum v. g. Substantivis Adjectiva aut Substantiva, Verbis Nomina aut Adverbia apponuntur, & hic statim vel altero die a primordio disciplinae initium fiat ordinandæ orationis five Syntaxis; partim mutatione verborum Grammatica, qua alias Enallage audit: ubi flexiones & coniunctiones vocum uberores exerceantur; partim demonstratione, cum res appellanda oculis monstrantur, simulque ad colloquia familiaria, ducente magistro, ascenditur. Cum vocabulis mox, ut dictum est, Grammatica conjugatur, sed usualis seu literalis, non philosophica, i. e. talis libellus rationum Grammaticarum, qui instrumentum sit aptum ad tractandum dirigendamque lingvam, seu potius adhucdum vocabula lingvæ, & qui tantum observationes ad lingvam descendam necessarias contineat, quique brevitatem, facilis perspicuitate, utilitate, dexteritate se commendet. Brevitas regularum luxum & numerum recidat, stilum concidat, naturæq; humani ingenii regulas conformet. Perspicuitas eluceat & vernacula, quam usurpet interpretem, item ex sermone simplici absque Terminis Philosophicis, ex stilo reconditi vel difficilioris evitazione, ex eodem stilo, minime verfato, multo minus verbis expresso. Utilitas ex praesenti usu intelligatur, cum perceptis vix aliquot vocibus, confessim ad formationes Etymologicas & constructiones in componendis, ut ostensum est, axiomatibus acceditur. Dexteritatem prudens ipsius Grammatices dispositio commonet: præfixis enim tabulis flexionum, Anomalia, quantum potest, in fleetendo ad Analogiam reducatur. Syntaxis autem duobus cardinibus nitatur, ratione & observatione. In tabulis explicandis vocales earumque mutationes attendantur, que sollicitudo quasi cantillando felicitus, quam recitando conficitur, subjunctionis annotationibus earum animadversionum, quæ vel Analogiam illustrent, vel ab eadem recessant. Ratione Syntaxis dirigatur circa quasdam regulas, ut est conjunctione Substantivi & Adiectivi, Nominis & Verbi, Appositio, & quod duorum aut plurium singularium concursus numerum multitudinem requirat. Quæstiones, in quas lingua resolvatur, ex usu arque inde societas humana, hujusque negotiorum note, sunt, Quis? Cujus? Cui? Quem vel Quid? Quo i. e. per quod? In quo? De quo? In quod? Quo i. e. in quem locum? Quamdiu? Quam amplum, seu, quanti spatii? Quam longum? Quam latum? Quam altum? Quam profundum? Quam crassum? Cur? Unde? Ubi? Quomodo? Quanti? Reliqua meræ sunt observationis. Grammatica non ediscatur, sed evolendo applicandoque ita fiat familiaris, ut discipulus fructum ejus ludibundus capiat: Est enim instrumentum, cuius naturam ac vim usus demum explicat. Grammatica non sequatur lingvæ tractationem, non præcedat solitaria, sed comitteret, & paulatim in ipso lingvæ exercitio consulatur, exemplis illustretur, denique non lingvæ imperet, sed contra imperium a lingva accipiat. Grammatica Philosophica non prius locum habeat, quam lingva apprehensa, & si Philosophia in auxilium vocanda prælibata tuerit. Jactis fundamentis rei & vocabularie & Grammaticæ, jam ad corpus lingvæ accedatur, i. e. ad Autores cujusque lingvæ classicos: ut lingvae suis fontibus, ex ipsa lingva, non ex rivulis, multo minus e lacunis hauriatur. Hinc jam spatiofissimus campus aperitur, & ipsum atrium lingvarum. Autores quique suo ordine legantur, superatis primum facilioribus. Primitias exhibeant colloquia; succedant historiolæ; eis epistolæ parvo admodum intervallo adjungantur, quæ dissertationes seu Chrias, Poëtas, oratoresque excipiunt. Principio Autor unus, vel certe & alter, isque optimus, lingvæ autoritatem obtinens, legatur, explanetur, subigatur; in quo studio Praceptor exempla doctrinæ sue ex

ipso

BRIT 19

ipso Autore petat, laborem cum discipulo societ, erranti subveniat. Paretur & socius mutuas jungens operas. Discipulus, interjecto temporis spatio, Autore duce, vires suas pericliterunt. Inter legendum intelligentiam juvet interpretatio ore, & ex tempore facta: cui facem praeferat ordo justus constructionis; item investigata verborum dictiōnumque significatio, & argumenti, scopi, circumstantiarum, praeципue Antecedentium & Consequentium contemplatio, cum soleritissima genii observatio ne & exercitatione. Intelligentiam fidelis memoria confirmet; quae excitetur phrasium collectione, quae aut ore tantum, aut etiam calamo fiat, a minutioribus & brevioribus ad magis speciosa & uberiora progrediendo; & quidem excitat vel ex tempore per sententias & periodos, quarum ratio lingua domestica tradatur & levi brachio; vel in chartam conjecta ad colloquium, ad imitationem puerilem accommodentur, a scitis saltē phrasibus potioribus a plerisque, quae discipulo statim inter dictandum monstrentur; Vel monstratis illico phrasibus paulum (per Enallagen) mutetur lectio, ita ut omnes partes & omnes periodi eodem ordine rectinuantur; Vel retractatione five phrasium, five totius lectiois, praemissa saltem versione linguae vulgaris, quam in praesentem convertat; five praemissa praesente, quam in vulgarem commutet; five omnino per modum nuda recitationis. Interea meditationes super lectioib⁹ non omittantur. Cultura lingvarum diligens constet. 1. Versione operiore, quam in primordiis, cum solido, ut dixi, genii utriusque linguae discrimine; ne Barbarismi & Solecismi irrepant. Neque vero ex vernacula componatur peregrina; sed hæc prius in illam transferatur; dein rursus in peregrinam. Quod si tamen vernacula transversa proponatur, & lectione antecedat preparatio, ne discipulus ex se, sed ex Autore proficiat. 2. Imitatione nunc puerili, nunc virili, magis tamen jam virili. 3. Stili observatione, primum simplicis, post mediocris, denique sublimis, & quidem omnibus posthabitis, dialogistici, epistolici & Historici, mox Philosophici & orationis, quem Poëticis comicitur; argutus ultimam imponat manum. 4. Elaboratione libera, cuinunc demum locus detur, percepta linguae indeole. 5. Variatione sermonis non modo puerili, sed virili etiam, postquam tyrocinii rudimenta deposita. 6. Vorsæ in prosam immutatione. 7. Variatione stili, cuius ope genera stili excoluntur. 8. Exercitio paraphrastico, quod in virum cadit. 9. Certamine æmulationis cum paribus, cum proœctioribus, que quidem hoc loco privatim suscipiantur. Tertium caput viae hujus communis experimenti tradens totam disciplinam sigillo obfignat. Et hoc loco numerus septenarius habeatur sacer. Etenim confirmatione linguae paratur 1. colloquis frequentibus, præsternit cum linguae gnaris 2. Epistolaram commercio. 3. Historiarum narratione, scriptio. 4. Dissertatione, doctrina, disputatione, demonstratione, librorum compositione. 5. Orationibus cuiuscunque generis, 6. Inscriptiōnibus argutis. 7. Carminis aut saltem versuum confectione. Quæ vero in linguis singulis observari necesse est, ea ad viam propriam, non communem pertinent; Ubi tamen potiora duntaxat includantur regulis, cetera usui reserventur; nam lingua non è Grammatica, sed contra Grammatica & lingua discatur. Hæc esto adumbratio rationis universæ discendarum lingvarum.

Tu, Lector, si quid novisti rectius istis,

Candidus imperi; si non, his utere mecum.

Cæterum hoc a Te quæso, ne exempla hic a me efflagites: vix tantilla charta primis lineis sufficiebat. Nec male accipias, si vocibus quibusdam in ista doctrina usus sum ab elegantia Romana alienis: non enim aliter ea ratio expediti posse videbatur. Neque etiam putes, aut lingvas orientis plerasque, vel exoticas magis necessarias scholis publicis a me, & quidem publice, fvaderi; aut specimena tibi exhiberi jam consilii communicati, cum e. g. ad perorandum se accinxisse legis,

THEODORUM FLEISCHERUM, Tzchopavensem, qui Chaldaice,

CHRISTOPHORUM ALBERTUM, Plavia Varifcum, qui Grace,

JOHANNEM FRIDERICUM STIERIUM, Gubena Lusatium, qui Germanice,

CHRISTIANUM ERNESTUM CLAUDERUM, qui nuper cum dixerit, tam

men in locum ægrotantis Fleischeri substitutus est, & Gallice,

CHRISTOPHORUM MEIERUM, Cygneum, qui Latine,

GOTTHOLD ERDMANNUM Jäger, Meerano-Osterlandum, qui Ebraice

quædam de summo bono Ethicorum sunt dicturi; Albertus, illud non in speculacione; Stierius, non in divitiosis; Clauderus, non imperio; Meierus, non in voluptate; Jagerus, non in ædificiis exfruendis confitere contendunt. Facile enim e superioribus conjicies, quantum sit, in una lingua egregie desudasse. Ego autem me non infelicem prorsus habeo, si accenso æmulationis igne, nostri videant pariter, quantum distent a perfectione hujus studii, P. P. Cygneæ, d. 18. April Ao. 1712.

no

Pou Tib 19, FK

ULB Halle
005 310 245

3



II b
19

EK/134
92

De ratione ad descendendam linguarum

AD
E X E R C I T I U M
SCHOLASTICUM,

CRAS HORA STATA,

IN
AUDITORIO MAJORI
INSTITUENDUM,

VENERANDOS DNN. INSPECTORES, PATRONOS, FAUTORESQUE

NOSTROS

HISCE PAGELLIS
OFFICIOSE AMANTERQUE

INVITAT

M. GEORGIIUS ANDREAS Vinholt, R.

CYGNÆAE,

Typis J. H. DAV. FRIDERICI.



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

